

BOLETIN  OFICIAL

DEL

OBISPADO DE OSMÁ.

Este BOLETIN se publica ordinariamente los días 15 y 30 de cada mes, pudiendo anticiparse ó retrasarse algún número, cuando las necesidades del servicio lo reclamen y así lo disponga el Prelado. La colección será objeto de Santa Visita.

La Administración del BOLETIN está á cargo de la Secretaría de Cámara, donde se admiten suscripciones, mediante pago anticipado de 6 pesetas al año. A las fábricas se hará cada semestre el descuento estrictamente necesario.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE XIII

LITTERAE ENCYCLICAE

AD PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS

VNIVERSOS CATOLICI ORBIS

GRATIAM ET COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTES

~~~~~  
(Prosequitur).

Praeclare igitur ex his providentia excellit Ecclesiae, quae, *ne caelestis ille sacrorum Librorum thesaurus, quem Spiritus Sanctus summa liberalitate hominibus tradidit, neglectus jaceret* (1), optimis semper et institutis et legibus cavit. Ipsa enim constituit, non solum magnam eorum partem ab omnibus suis ministris in quotidiano sacrae psalmodiae officio legendam esse et mente pia considerandam, sed eo-

(1) Conc. Trid. sess. v, decret. de reform. 1.



rumdem expositionem et interpretationem in ecclesiis cathedralibus, in monasteriis, in conventibus aliorum regularium, in quibus studia commode vigere possint, per idoneos viros esse tradendam; diebus autem saltem dominicis et festis solemnibus fideles salutari- bus Evangelii verbis pasci, restricte jussit (1). Item prudentiae debetur diligentiaeque Ecclesiae cultus ille Scripturae sacrae per aetatem omnem vividus et plurimae ferax utilitatis.—In quo, etiam ad firmanda documenta hortationesque Nostras, juvat commemorare quemadmodum a religionis christianae initiis, quotquot sanctitate vitae rerumque divinarum scientia floruerunt, ii sacris in Litteris multi semper assidui- que fuerint. Proximos Apostolorum discipulos, in quibus Clementem Romanum, Ignatium Antioche- num, Polycarpum, tum Apologetas, nominatim Jus- tium et Irenaeum, videmus epistolis et libris suis, sive ad tutelam sive ad commendationem pertinerent catholicorum dogmatum, e divinis maxime Litteris fidem, robur, gratiam omnem pietatis arcessere. Scholis autem catecheticis ac theologis in multis sedibus episcoporum exortis, Alexandrina et Antio- chena celeberrimis, quae in eis habebatur institutio, non alia prope re, nisi lectione, explicatione, defen- sione divini verbi scripti continebatur. Inde plerique prodierunt Patres et scriptores, quorum operosis stu- diis egregiisque libris consecuta tria circiter saecula ita abundarunt, ut aetas biblicae exegeseos aurea jure ea sit appellata.—Inter orientales principem lo- cum tenet Origenes, celeritate ingenii et laborum constantia admirabilis, cujus ex plurimis scriptis et immenso Hexaplorum opere deinceps fere omnes hauserunt. Adnumerandi plures, qui hujus disciplinae fines amplificarunt: ita, inter excellentiores tulit Ale- xandria Clementem, Cyrillum; Palaestina Eusebium, Cyrillum alterum; Cappadocia Basilium Magnum,

(1) *Ibid.* 1-2.



utrumque Gregorium, Nazianzenum et Nyssenum; Antiochia Joannem illum Chrysostomum, in quo hujus peritia doctrinae cum summa eloquentia certavit. Neque id praeclare minus apud occidentales. In multis qui se admodum probavere, clara Tertulliani et Cypriani nomina, Hilarii et Ambrosii, Leonis et Gregorii Magnorum; clarissima Augustini et Hieronymi: quorum alter mire acutus extitit in perspicienda divini verbi sententia, uberrimusque in ea deducenda ad auxilia catholicae veritatis, alter a singulari Bibliorum scientia magnisque ad eorum usum laboribus nomine Doctoris maximi praeconio Ecclesiae est honestatus.—Ex eo tempore ad undecimum usque saeculum, quamquam hujusmodi contentio studiorum non pari atque antea ardore ac fructu viguit, viguit tamen opera praesertim hominum sacri ordinis. Curaverunt enim, aut quae veteres in hac re fructuosiora reliquissent deligere, eaque apte digesta de suisque aucta pervulgare, ut ab Isidoro Hispalensi, Beda, Alcuino factum est in primis; aut sacros codices illustrare glossis, ut Valafridus Strabo et Anselmus Laudunensis, aut eorumdem integritati novis curis consulere, ut Petrus Damianus et Lanfrancus fecerunt.—Saeculo autem duodecimo allegoricam Scripturae enarrationem bona cum laude plerique tractarunt: in eo genere S. Bernardus ceteris facile antecessit, cujus etiam sermones nihil prope nisi divinas Litteras sapiunt.—Sed nova et laetiora incrementa ex disciplina accessere *Scholasticorum*. Qui, etsi in germanam versionis latinae lectionem studuerunt inquirere, confectaque ab ipsis *Correctoria biblica* id plane testantur, plus tamen studii industriaeque in interpretatione et explanatione collocaverunt. Composite enim dilucideque, nihil ut melius antea, sacrorum verborum sensus varii distincti; cujusque pondus in re theologica perpensum; definitae librorum partes, argumenta partium; investigata scriptorum proposita; expli-



cata sententiarum inter ipsas necessitudo et connexio: quibus ex rebus nemo unus non videt quantum sit luminis obscurioribus locis admotum. Ipsorum praeterea de Scripturis lectam doctrinae copiam admodum produnt, tum de theologia libri, tum in easdem commentaria; quo etiam nomine Thomas Aquinas inter eos habuit palmam.—Postquam vero Clemens V decessor Noster Athenaeum in Urbe et celeberrimas quasque studiorum Universitates litterarum orientalium magisteriis auxit, exquisitius homines nostri in nativo Bibliorum codice et in exemplari latino elaborare coeperunt. Reverta deinde ad nos eruditione Graecorum, multoque magis arte nova libraria feliciter inventa, cultus Scripturae sanctae latissime accrevit. Mirandum est enim quam brevi aetatis spatio multiplicata praelo sacra exemplaria, *vulgata* praecipue, catholicum orbem quasi compleverint: adeo per id ipsum tempus, contra quam Ecclesiae hostes calumniantur, in honore et amore erant divina volumina.—Neque praetereundum est, quantus doctorum virorum numerus, maxime ex religiosis familiis, a Viennensi Concilio ad Tridentinum, in rei biblicae bonum provenerit: qui et novis usi subsidiis et variae eruditionis ingeniique sui segetem conferentes, non modo auxerunt congestas majorum opes, sed quasi munierunt viam ad praestantiam subsecuti saeculi, quod ab eodem Tridentino effluxit, quum nobilissima Patrum aetas propemodum rediisse visa est. Nec enim quisquam ignorat, Nobisque est memoratu jucundum, decessores Nostros, a Pio IV ad Clementem VIII, auctores fuisse ut insignes illae editiones adornarentur versionum veterum, *Vulgatae* et *Alexandrinae*; quae deinde, Sixti V ejusdemque Clementis jussu et auctoritate, emissae, in communi usu versantur. Per eadem autem tempora, notum est, quum versiones alias Bibliorum antiquas, tum polyglottas Antuerpiensem et Parisiensem, diligentissime esse editas,



sincerae investigandae sententiae peraptas: nec ullum esse utriusque Testamenti librum, qui non plus uno nactus sit bonum explanatorem, neque graviolem ullam de iisdem rebus quaestionem, quae non multorum ingenia fecundissime exercuerit: quos inter non pauci, iique studiosiores Ss. Patrum, nomen sibi fecere eximium. Neque, ex illa demum aetate, desiderata est nostrorum sollertia; quum clari subinde viri de iisdem studiis bene sint meriti, sacrasque Litteras contra *rationalismi* commenta, ex philologia et finitimis disciplinis detorta, simili argumentorum genere vindicarint.—Haec omnia qui probe ut oportet considerent, dabunt profecto, Ecclesiam, nec ullo unquam providentiae modo defuisse, quo divinae Scripturae fontes in filios suos salutariter derivaret, atque illud praesidium, in quo divinitus ad ejusdem tutelam decusque locata est, retinuisse perpetuo omnique studiorum ope exornasse, ut nullis externorum hominum incitamentis eguerit, egeat.

Jam postulat a Nobis instituti consilii ratio, ut quae his de studiis recte ordinandis videantur optima, ea vobiscum communicemus, Venerabiles Fratres. Sed principio quale adversetur et instet hominum genus, quibus vel artibus vel armis confidant, interest utique hoc loco recognoscere.—Scilicet, ut antea cum iis praecipue res fuit qui privato iudicio freti, divinis traditionibus et magisterio Ecclesiae repudiatis, Scripturam statuerant unicum revelationis fontem supremumque iudicem fidei; ita nunc est cum Rationalistis, qui eorum quasi filii et heredes item sententia innixi sua, vel has ipsas a patribus acceptas christianae fidei reliquias prorsus abjecerunt. Divinam enim vel revelationem vel inspirationem vel Scripturam sacram, omnino ullam negant, neque alia prorsus ea esse dictitant, nisi hominum artificia et commenta: illas nimirum, non veras gestarum rerum narrationes, sed aut ineptas fabulas aut historias mendaces; ea,



non vaticinia et oracula, sed aut confictas post eventus praedictiones aut ex naturali vi praesensiones; ea, non veri nominis miracula virtutisque divinae ostenta, sed admirabilia quaedam, nequaquam naturae viribus majora, aut praestigias et mythos quosdam: evangelia et scripta apostolica aliis plane auctoribus tribuenda.—Hujusmodi portenta errorum, quibus sacrosanc- tam divinorum Librorum veritatem putant convelli, tamquam decretoria pronuntiata novae cujusdam *scientiae liberae*, obtrudunt: quae tamen adeo incerta ipsimet habent, ut eisdem in rebus crebrius immutent et suppleant. Quum vero tam impie de Deo, de Christo, de Evangelio et reliqua Scriptura sentiant et praedicent, non desunt ex iis, qui theologi et christiani et evangelici haberi velint, et honestissimo nomine obtendant insolentis ingenii temeritatem. His addunt sese consiliorum participes adjutoresque e ceteris disciplinis non pauci, quos eadem revelatarum rerum intolerantia ad oppugnationem Bibliorum similiter trahit. Satis autem deplorare non possumus, quam latius in dies acriusque haec oppugnatio geratur. Geritur in eruditos et graves homines, quamquam illi non ita difficulter sibi possunt cavere; at maxime contra indoctorum vulgus omni consilio et arte infensi hostes nituntur. Libris, libellis, diariis exitiale virus infundunt; id concionibus, id sermonibus insinuant; omnia jam pervasere, et multas tenent, abstractas ab Ecclesiae tutela, adolescentium scholas, ubi credulas mollesque mentes ad contemptionem Scripturae, per ludibrium etiam et scurriles jocos, depravant misere.—Ista sunt, Venerabiles Fratres, quae commune pastorale studium permoveant, incendant; ita ut huic novae *falsi nominis scientiae* (1) antiqua illa et vera opponatur, quam a Christo per Apostolos accepit Ecclesia, atque in dimicatione tanta idonei defensores Scripturae sacrae exurgant.

---

(1) I Tim. VI, 20.



Itaque ea prima sit cura, ut in sacris Seminariis vel Academiis sic omnino tradantur divinae Litterae, quemadmodum et ipsius gravitas disciplinae et temporum necessitas admonent. Cujus rei causa, nihil profecto debet esse antiquius magistrorum delectione prudenti: ad hoc enim munus non homines quidem de multis, sed tales assumi oportet, quos magnus amor et diuturna consuetudo Bibliorum, atque opportunus doctrinae ornatus commendabiles faciat, pares officio. Neque minus prospiciendum mature est, horum postea locum qui sint excepturi. Juverit idcirco, ubi commodum sit, ex alumniis optimae spei, theologiae spatium laudate emensis, nonnullos divinis Libris totos addici, facta eisdem plenioris cujusdam studii aliquandiu facultate. Ita delecti institutique doctores, commissum munus adeant fidenter: in quo ut versentur optime et consentaneos fructus educant, aliqua ipsis documenta paulo explicatius impertire placet. Ergo ingeniis tironum in ipso studii limine sic prospiciant, ut iudicium in eis, aptum pariter Libris divinis tuendis atque arripiendae ex ipsis sententiae, conforment sedulo et excolant. Huc pertinet tractatus *de introductione*, ut loquuntur, *biblica*, ex quo alumnus commodam habet opem ad integritatem auctoritatemque Bibliorum convincendam, ad legitimum in illis sensum investigandum et assequendum, ad occupanda captiosa et radicitus evellenda. Quae quanti momenti sit disposite scienterque, comite et adjutrice theologia, esse initio disputata, vix attinet dicere, quum tota continenter tractatio Scripturae reliqua hisce vel fundamentis nitatur vel luminibus clarescat. Exinde in fructuosiore hujus doctrinae partem, quae de interpretatione est, perstudiose incumbet praeceptoris opera; unde sit auditoribus, quo dein modo divini verbi divitias in profectum religionis et pietatis convertant. Intelligimus equidem, enarrari in scholis Scripturas omnes, nec per ampli-



tudinem rei, nec per tempus licere. Verumtamen, quoniam certa opus est via interpretationis utiliter expediendae, utrumque magister prudens devitet incommodum, vel eorum qui de singulis libris cursim delibandum praebent, vel eorum qui in certa unius parte immoderatus consistunt. Si enim in plerisque scholis adeo non poterit obtineri, quod in Academiis majoribus, ut unus aut alter liber continuatione quadam et ubertate exponatur, at magnopere efficiendum, est, ut librorum partes ad interpretandum selectae tractationem habeant convenienter plenam: quo veluti specimine allecti discipuli et edocti, cetera ipsi perlegant adamantque in omni vita. Is porro, retinens instituta majorum, exemplar in hoc sumet versionem vulgatam; quam Concilium Tridentinum *in publicis lectionibus, disputationibus, praedicationibus et expositionibus pro authentica* habendam decrevit (1), atque etiam commendat quotidiana Ecclesiae consuetudo. Neque tamen non sua habenda erit ratio reliquarum versionum, quas christiana laudavit usurpavitque antiquitas, maxime codicum primigeniorum. Quamvis enim, ad summam rei quod spectat, ex dictionibus Vulgatae hebraea et graeca bene eluceat sententia, attamen si quid ambiguit, si quid minus accurate inibi elatum sit, «inspectio praecedentis linguae», suasore Augustino, proficiet (2). Jamvero per se liquet, quam multum navitatis ad haec adhiberi oporteat, quum demum sit «commentatoris officium, non quid ipse velit, sed quid sentiat ille quem interpretetur, exponere» (3). Post expensam, ubi opus sit, omni industria lectionem, tum locus erit scrutandae et proponendae sententiae. Primum autem consilium est, ut probata communiter interpretandi praescripta tanto experrectiore observentur cura quanto moriosior ab adversariis urget contentio.

---

(1) Sess. IV, *decr. de edit. et usu sacr. libror.* — (2) *De doct. chr.* III, 4. — (3) S. Hier. ad Pammach.



Propterea cum studio perpendendi quid ipsa verba valeant, quid consecutio rerum velit, quid locorum similitudo aut talia cetera, externa quoque appositae eruditionis illustratio societur: cauto tamen, ne istiusmodi quaestionibus plus temporis tribuatur et operae quam pernoscendis divinis Libris, neve corrogata multiplex rerum cognitio mentibus juvenum plus incommodi afferat quam adjumenti.—Ex hoc, tutus erit gradus ad usum divinae Scripturae in re theologica. Quo in genere animadvertisse oportet, ad ceteras difficultatis causas, quae in quibusvis antiquorum libris intelligendis fere occurrunt, proprias aliquas in Libris sacris accedere. Eorum enim verbis, auctore Spiritu Sancto, res multae subjiciuntur quae humanae vim aciemque rationis longissime vincunt, divina scilicet mysteria et quae cum illis continentur alia multa; idque nonnunquam ampliore quadam et reconditiore sententia, quam exprimere littera et hermeneuticae leges indicare videantur: alios praeterea sensus, vel ad dogmata illustranda vel ad commendanda praecepta vitae, ipse litteralis sensus profecto adsciscit. Quamobrem diffitendum non est religiosa quadam obscuritate sacros Libros involvi, ut ad eos, nisi aliquo viae duce, nemo ingredi possit (1): Deo quidem sic providente (quae vulgata est opinio Ss. Patrum), ut homines majore cum desiderio et studio illos perscrutarentur, resque inde operose perceptas mentibus animisque altius infigerent; intelligerentque praecipue, Scripturas Deum tradidisse Ecclesiae, qua scilicet duce et magistra in legendis tractandisque eloquiis suis certissima uterentur. Ubi enim charismata Domini posita sint, ibi discendam esse veritatem, atque ab illis, apud quos sit successio apostolica, Scripturas nullo cum periculo exponi, jam sanctus docuit Irenaeus (2): cujus quidem ceterorum—

---

(1) S. Hier. ad Paulin. *de studio Script.* ep. LIII, 4.—(2) *C. haer.* IV, 26, 5.



que Patrum doctrinam Synodus Vaticana amplexa est, quando Tridentinum decretum de divini verbi scripti interpretatione renovans, *hanc illius mentem esse declaravit, ut in rebus fidei et morum, ad aedificationem doctrinae christianae pertinentium, is pro vero sensu sacrae Sripturae habendus sit, quem tenuit ac tenet sancta Mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum sanctarum; atque ideo nemini licere contra hunc sensum aut etiam contra unanimum consensum Patrum ipsam Scripturam sacram interpretari* (1).

*(Prosequetur.)*

---

## OBISPADO DE OSMA.

---

### CIRCULAR NUM. 11.

En el BOLETIN OFICIAL de este Obispado, fecha 9 de Agosto del año próximo pasado, se publicó un importantísimo Decreto de la Sagrada Congregación del Concilio, de 25 de Mayo anterior, encaminado á remover y extirpar cualesquiera abusos, á que pudiera dar lugar el cumplimiento de obligaciones de misas.

Suponemos que nuestro Clero y en manera especial nuestros Párrocos se habrán penetrado bien de las disposiciones en dicho documento contenidas, y se esmerarán en que no solo respecto de ellos, sino también de parte de las demás personas á quienes aquellas pudieren afectar, surtan el debido efecto. Mas así y todo, tratándose de asunto de tan alta trascendencia, en el cual venimos obligados, máxime por los términos apremiantes del mismo Decreto, á vigilar por la más fiel y puntual observancia, consideramos oportuno reproducir literalmente,

---

(1) Sess. III, cap. II, de revel : cf. Conc. T. id. sess. IV, *decr. de edit. et usu sacr. libror.*



y en lengua vulgar para inteligencia de todos, el párrafo más importante, que dice así:

«Habiendo enseñado la experiencia que los males, que  
»se deploran, traen su origen y fuerza muy principal-  
»mente, de que en manos de ciertos particulares se reu-  
»ne mayor número de Misas del que pide la justa necesi-  
»dad; por esta razón, los mismos Eminentísimos Padres,  
»en conformidad con lo dispuesto en otras ocasiones por  
»los Romanos Pontífices, y señaladamente por Urbano  
»VIII é Inocencio XIII en la Constitución *Cum saepe*  
»*contingat*, establecen y MANDAN BAJO PRECEPTO GRAVE DE  
»OBEDIENCIA, que en lo sucesivo todos y cada uno de los  
»beneficiados y administradores de causas pias de todas  
»partes, y *todos aquellos que de cualquier modo estén obli-*  
»*gados á cumplir cargas de Misas*, sean eclesiásticos ó  
»seglares, entreguen á los propios Ordinarios, en el  
»modo que estos determinen, las cargas de Misas que *al*  
»*fin de cada año* hubieran quedado sin satisfacer.»

Por tanto, en descargo de nuestra conciencia y cumpliendo por nuestra parte el deber que Nos incumbe de hacer que tenga exacta ejecución lo ordenado sapientísimamente por la Santa Sede, disponemos y mandamos á todos los que, por cualquiera de los expresados conceptos, retengan en su poder limosnas de Misas, recibidas durante el año último, las entreguen sin demora por sí mismos ó por persona de su confianza en la Colecturía general establecida en la Secretaría de Cámara del Obispado; y á fin de que nadie alegue ignorancia, encargamos *sub gravi* á los Párrocos, y demás sacerdotes con cura de almas, que además de practicar dicha entrega por lo que personalmente les ataña, intimen esta misma obligación á aquellos sus feligreses, á quienes comprenda el cumplimiento de cargas de Misas.

Burgo de Osma 26 de Febrero de 1894.

† VICTORIANO, *Obispo de Osma.*

---



## SECRETARÍA DE CÁMARA Y GOBIERNO.

De orden de Su Señoría Ilma. y Rvma. el Obispo, mi Señor, advierto á los venerables Párrocos y Encargados de parroquias se sirvan dar lo más pronto posible á la Junta Diocesana de Peregrinación á Roma noticia cierta de las personas que hayan de tomar parte en ella, haciendo el depósito del importe en poder del Tesorero de la misma, D. Eustaquio Marqués, así como remitir á la misma Junta ó á esta Secretaría de mi cargo listas de los donativos que fueren recogiendo en sus parroquias para el Dinero de San Pedro.

Burgo de Osma 28 de Febrero de 1894.—DR. CÁNDIDO MORO Y ALVAREZ, *Canónigo Secretario*.

El Ilmo. y Rvmo. Prelado, mi Señor, se ha servido encargarme de hacer saber que, mientras no tenga á bien determinar otra cosa, se halla en todo su vigor el Reglamento de Conferencias morales publicado por su venerable Antecesor en 26 de Febrero de 1889, y que exigirá su puntual observancia á quienes corresponda.

De orden de Su Señoría Ilma. y Rvma. lo comunico por medio del BOLETIN OFICIAL para conocimiento del Clero diocesano y efectos consiguientes.

Burgo de Osma 28 de Febrero de 1894.—DR. CÁNDIDO MORO, *Canónigo Secretario*.

### Subscripción diocesana para el Dinero de San Pedro.

|                                                                                 | <u>Reales</u> | <u>Cts.</u> |
|---------------------------------------------------------------------------------|---------------|-------------|
| <i>Suma anterior</i> . . . . .                                                  | 2.830         | »           |
| M. I. Sr. D. Domingo de la Peña, Maestrescuela y Rector del Seminario. . . . .  | 200           | »           |
| » » D. Julián Gratal, Canónigo. . . . .                                         | 100           | »           |
| D. Regino Ortega, Beneficiado Maestro de Ceremonias. . . . .                    | 100           | »           |
| D. Sinforiano de la Cantolla, Beneficiado y Canónigo pontificio electo. . . . . | 100           | »           |
| D. Patricio Hervás, párroco de La Hinojosa. . . . .                             | 100           | »           |
| D. Salvador Gil, id. de San Juan del Monte. . . . .                             | 20            | »           |
| <b>TOTAL.</b> . . . .                                                           | <b>3.450</b>  | <b>»</b>    |



## INFORMES SOBRE LA PEREGRINACIÓN Á ROMA.

En las oficinas del Consejo Nacional de las Corporaciones católico-obreras, de igual manera que en las Juntas de las regiones del Norte y Centro, Cataluña y Aragón, reina la mayor actividad en los preparativos para la próxima peregrinación. Como las gestiones que para ella se practican son tan complejas y abarcan tantos puntos, solo damos á conocer aquellas ya ultimadas, dejando de hacer mención de las que están en tramitación ó estudio.

Entre los trabajos que se están haciendo, figura la confección de unos *carnets* ó libros talonarios que permitirán á los peregrinos, sin más que haber satisfecho su importe, verificar el viaje por el interior de España á los puntos de embarque, realizar el viaje por mar y el de tierra de Civitta-Vechia á Roma, tener en ésta alojamiento y muy buena alimentación y el regreso en las mismas condiciones. De este modo se evitan graves inconvenientes, entre los cuales no es pequeño el cambio de moneda, que queda sumamente limitado.

A continuación verán los lectores las noticias recibidas oficialmente de conformidad con lo que acabamos de manifestar.

Según comunicación oficial dirigida por la Junta Central á nuestro Ilmo. y Rvmo. Prelado, el *coste total* del viaje á Roma para los que formen parte de la Peregrinación Nacional Obrera, que ha de verificarse en Abril próximo, *incluidos el billete de ida y vuelta* desde la Capital, ó cualquiera de las estaciones de las líneas férreas de esta provincia de Soria, *hasta el puerto de Barcelona, transporte á Civita-Vecchia, alimentación á bordo, viaje desde este último puerto á Roma, y alimentación y alojamiento en la Ciudad eterna durante cuatro días*, ascenderá á:

|         |     |    |                 |       |
|---------|-----|----|-----------------|-------|
| Pesetas | 324 | en | 1. <sup>a</sup> | clase |
| »       | 223 | »  | 2. <sup>a</sup> | » y   |
| »       | 110 | »  | 3. <sup>a</sup> | »     |

El precio del viaje en 3.<sup>a</sup> clase se reducirá en cinco pesetas para los peregrinos que deseen alimentarse por su cuenta á bordo.



A cada peregrino se le entregará, como queda dicho, un talonario con todos los billetes necesarios para el viaje, y á este efecto la Junta Diocesana se encarga de remitir á los pueblos todos los que se le pidan para las personas que se inscriban como peregrinos.

Aun no pueden consignarse datos concretos acerca del precio del viaje por tierra. La Junta Central continúa gestionando rebajas con las Compañías de ferrocarriles en el extranjero, y si bien casi todas han accedido á ello, faltan todavía algunos detalles, pudiendo, sin embargo, adelantarse que el viaje por tierra ha de ser más costoso.

---

Conforme va aproximándose la fecha de la peregrinación, va cundiendo el entusiasmo por todas partes y apenas queda ya Prelado alguno, que no la haya recomendado eficazmente á sus fieles diocesanos.

Entre las últimas noticias recibidas acerca de esta obra tan del agrado de Su Santidad el Papa León XIII, figuran las siguientes:

*El Comité central de administración y viaje*, de acuerdo con el Prefecto de los Palacios apostólicos, ha dispuesto el establecimiento de un comedor en el *Belvedere* (Vaticano), en que se servirá la comida á los peregrinos obreros en la siguiente forma:

*Desayuno.*—Café con leche y pan.

*Comida.*—Sopa, cocido, plato de carne, postres, queso y fruta.

*Cena.*—Sopa, plato de carne, postre, queso y fruta.

Nuestro amado Pontífice, verdadero *padre de los obreros*, se ha interesado personalmente en disponer lo necesario para su alojamiento y manutención. De su peculio particular ha dispuesto el arreglo de 2.000 camas que en los Palacios apostólicos (Santa Marta, Pórtico de Carlomagno, Palacio Torlonia, etc.,) sirvan para alojar gratuitamente á los peregrinos pobres.

En la Secretaría del Consejo nacional de Corporaciones católico-obreras se ha recibido una invitación de la Santa Casa de Loreto, rogando á la misma se interese para que los peregrinos, á más de la visita á Roma, la hagan á tan venerando lugar, ya que en el año actual se celebra el sexto centenario de la milagrosa traslación de la



santa casita que en Nazareth habitó la Sagrada Familia.

Finalmente, la visita á los museos del Vaticano, San Juan de Letran, etc., será gratuita para los peregrinos.

---

Aunque no tiene carácter oficial, y sin que demos en absoluto crédito á la noticia, hemos visto una carta de Roma, en que se dice que el Padre Santo ha fijado el 15 de Abril para la solemnidad de la Beatificación del Venerable Juan de Avila. De ser así, en esos días deberá encontrarse la Peregrinación obrera en la capital del mundo católico. Se avisará oportunamente el día fijo.

---

Debemos manifestar, dice *El Peregrino* (órgano oficial de la Junta Central de peregrinación obrera) á cuantos nos han consultado por escrito respecto á las comodidades que puedan tener los peregrinos que vayan por mar en tercera clase, que durante la noche estarán bajo cubierta perfectamente resguardados del frío y humedad, y á salvo de las inclemencias atmosféricas que pudieran sobrevenir. Compárense estas condiciones con las penalidades que se sufren en un largo viaje por tierra, aun cómodamente instalado en un carruaje de primera clase, en el que difícilmente pueden extenderse los adormecidos miembros y véase cómo los que vayan por mar, y á pesar del módico precio de la travesía, tendrán todas aquellas ventajas de que se goza respirando aire puro cargado de ozono, vislumbrando amplios horizontes y disfrutando de la conversación, paseo y expansiones, que tan necesarias son á los que realizan un largo viaje.

---

El Ilmo. y Rvmo. Prelado recibe á última hora noticias de algunos pueblos de la Diócesis, donde reina animación para inscribirse como peregrinos. Mucho celebraría S. S. Ilma. que el Obispado, que cuenta entre otros muchos varones insignes como hijo suyo á una de las mayores glorias de la Iglesia como es Santo Domingo de Guzmán, se viese dignamente representado ante el Romano Pontífice por un grupo numeroso de peregrinos.

Sabemos de seis párrocos que han solicitado permiso para agregarse á la peregrinación, y pueden contar con él cuantos lo necesiten, dejando atendidas sus feligresías. Téngase por oficial esta manifestación.



## ANUNCIO.

---

### INSTRUCCIONES DE CRISTIANA PIEDAD

*para preparar á los niños á la primera Comunión.*

---

Hase publicado con este título por los PP. Anastasio García y Pedro Gomez, Sacerdotes de las Escuelas Pías de San Fernando de Madrid, un bellissimo libro, que en 312 páginas en 8.º, en buen papel, hermosa impresión y encuadernación elegante en tela, contiene cuanto el párroco más celoso y director de Colegio de niños ó niñas puede desear para disponer á sus pequeñuelos á recibir dignamente por vez primera la Sagrada Comunión.

Empieza con un breve resúmen de Historia Sagrada, en que se ha compendiado lo más importante relativo al Mesías, centro espiritual de todos los siglos, objeto supremo de nuestras aspiraciones, y alimento de las almas puras. Siguen después pláticas, instrucciones y ejemplos sobre los puntos más adecuados para grabar profundamente en el tierno corazón de los niños el horror al pecado y el amor á Dios, el amor á Jesús, á quien van á recibir, y el amor á la Virgen como preservativo eficaz contra la corrupción que tantos estragos hace entre los jóvenes.

Se vende tan preciosa obra, y el Recuerdo de primera Comunión en el Colegio de Escuelas Pías de San Fernando (Madrid) al precio de 2 pesetas el primero, y 0,25 el segundo.

Cuando el pedido sea de diez ejemplares se rebaja el 25 por ciento.

---

**Sumario de este número.**—Encíclica de Nuestro Señor el Papa León XIII sobre el estudio de la Sagrada Escritura (texto latino, *continuación*).—Circular núm. 11 de nuestro Ilmo. y Rvmo. Prelado sobre cumplimiento de cargas de Misas.—Aviso de la Secretaría de Cámara sobre peregrinación y donativos para el Papa.—Idem sobre conferencias morales.—Subscripción diocesana para el dinero de San Pedro.—Informes sobre la peregrinación á Roma.—Anuncio.

---

*Burgo de Osma.—Imp. de Francisco Jiménez.*